

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...
Ad exequias, quas Matronae Clarissimae Margaretha Martens/ Viduus
moestissimus ... Theodorus Suter/ Reipublicae Rostochiensis Consul ... paratas
cupid, Omnes Academiae Cives amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291724>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,
in
M. Martens,
uxor. T. Suter.
Rostock, 1667.

21.

RECTOR 92.
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker/*
J.U.D. P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.
& Consistorii Ducalis Assessor.

Ad exequias,

quas

Matrona Clarissima

MARGRETHÆ
Martens/

Viduus moestissimus

Sir Nobilissimus, Consultissimus &

Prudentissimus

DN. THEODORUS Guter/
Reipublicæ Rostochiensis Consul

gravissimus

Hodierno die, in æde Jacobæ, paratas cupit,

Omnes Academiæ Cives amanter

invitat.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typ. 1667.



Salutem!



Nter elegantiora ornamenta, quæ sequiorein sexum vehementer commendare, atque adeo honestas matronas condignè decorare solent, tria omniū maxime numerantur. **P**rimum est, ut Iuxor pietatis studium sincerè amplectatur: **A**lterum, ut curam suæ familiae, cuius eam finem leges appellitant, sollicitè habeat: & **T**ertium, ut amorem erga maritum incorruptum & immaculatum servet. **P**rimum non fœmineo duntaxat sexui gloriā affert, sed cuiucunq; etiā sexui, adeoq; hujus & futuræ vitæ felicitatem promittit. Tolle abs homine pietatem, & hominem omni exutum videbis humanitate. Cum ratione rectâ, quæ cuicunq; actui, secundum suam convenientiam ac disconvenientiam, laudem aut vituperium inesse dictitat, vitium semper pugnat. Et hoc unicum est, quod vera & non simulata pietas perpetuo intendit, ut peccatum cane pejus & angue fugiat timeatve: hinc Apostolus: *Ineptas & aniles fabulas: devita: exerce autem te ipsum ad pietatem.* Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, promissionem babens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. In fœminâ tamen, tanquam sexu imbecilliori, eo magis laudanda est, quanto huic facilius à scopo recti aberrare communis experientia testatur. Inde Hanna, ob insigne pietatem, quam continuâ devotione in domo Dei testata est, immortale hujus sexus decus est, quæ gloriam nunquam interromperit, sacra scriptura attestante, promeruit. Nec minus Lydia mercatrix, insigne pariter & perenne pietatis encomium in sacro codice obtinuit. Apostolus etiam ipse Loidem & Eu-
nicem propter sinceram pietatem egregiis extollit laudibus. Se-
cundum:

cundum ornamentum matronarum ipsam curam familiaris reire
spicit, & ipsis foeminis eò majorem adquirit laudem, quo ex-
quisitius colum & lanam tractant, & illuc operam omnem im-
pendunt suam, ut omnia rite & rectè in domo procedant. Mari-
bus equidem, quibus sublimiorem sollicitudinem natura ipsa
injunxit, nullum decus ex colo & lanâ, quam foemineum in-
morem tractant, acquiritur, quin potius Sardanapalo extremo
vitio vertatur, quod inter mulierculas desidens foeminea etiam
subierit munia: sed foeminis omnino in gloriâ vertitur, quoti-
ens publica negotia procul habent, & quod domi est curant.
Hinc honesta foemina ingenuæ matrisfamilias titulū jure meri-
to etiam post fata obtinet, quando illud, quod suarū est partiū,
strenuè agit. *Tertium* quod exornat uxorem, est sincerus erga
maritum amor, qui eo firmiores debet habere radices, quòd ma-
gis divini & humani juris consortium ex maritali conjunctione
oritur. Ut enim societas conjugalis est honorum & ærum-
narum communicatio, ita fides & amor conjugalis, quo uxor
suum prosequitur maritum, debet esse intemeratus, sine simu-
latione, aut coactione, candidus & spontaneus: sine morosita-
te & fastidio, svavis & jucundus; sine suspicionibus & pleonexia
sincerus & immaculatus. Hasq; virtutes, quæ honestam ma-
tronam ornant, omnium elegantissimè complectitur *Paul. i. Tim.*
2. ex quibus etiam uxor prudens donum Dei appellatur Prov. 19.
vers. 14. Tale autem donum Dei cælitùs Viro Nobilissimo, Amplis-
simo & Consultissimo Domino THEODORO Sutern / Consuli bujus
urbis gravissimo, amico & fautori nostro singulariter honorando &
conjunctionissimo obtigit, quando ante viginti præter annos
foeminam Clarissimam & Honestissimam MARGARETHAM Mar-
tens/ matronam edecumate pietatis, Deo sic providente, nuptiali
vinculo sibi sociavit, cui hodiè, non sine magno dolore & ani-
mi perturbatione, ultimum decernit honorem, & justa solvit.
Incredibilis certè & peracerbus optimum maritum, jam vidu-
um mœstissimum, hic afflxit luctus, qui cor ipsum penetrat,

Jo(2

quando

quando conjugale vinculum, quod cum dulcissimā suā conju-
ge sanctum & inviolabile servavit ruptū esse, eamq; de vita &
statione suā decessisse intellexit, quam fidissimam pariter & sva-
vissimam habuit vitæ fortunarumque comitem, familiæ suæ co-
lumnam, & veræ pietatis ac probitatis exemplum. Meritò itaq;
& nobis conservanda & posteritati etiā commendanda est me-
moria primariæ hujus matronæ. Non enim virorum tantum
post mortem decens est & decorā laudatio ; sed & fæminis, quas
inter hæc singularis animi dotibus fulgidissima suit, & vera mar-
garita, justa facienda sunt. Prognata autem est Fæmina hac lectis-
sima ex honestissimis parentibus, & quidem mense Mayo Anno 1610.
adeoq; quinquaginta septem in hac arumnos à mundi palestra absolvit
annos. Pater ipsi erat Vir Spectatissimus CONRAD Martens.
Civis hujus Reip. honoratus, & mercator eximus, Mater au-
tem Honestissima fœmina Engel Ferbers. Avum paternum
habuit virum antiquâ virtute & fide ERHARD Martens Ci-
vem & Mercatorem inter Stadenses primarium. Avus mater-
nus ipsi fuit Hans Ferber/ Civis & Mercator Rostochiensium.
industrius, qui uxorem habuit virtutum muliebrium encomio-
dignam, Margaretham Dadebicht. His majoribus, honestate ac
probitate claris, vitam debet pie defuncta, ab iisq; & bonam indolem,,
& virtutum semina traxit, & à primis incunabulis adpietatem, & o-
mnem virtutem sexui fœmineo convenientem, postquam sacro bapte-
smate renata esset, educata est. Cum autem parentum consilio & auxi-
lio in ipsa adhuc pubertata privata esset, parentum curam Vitricus &
Tutores ejus fideliter sustinuerunt, adeoq; eam verā pietate & omni vir-
tutum genere imbuī curarunt. Unde factum, ut, tam adpietatis culturā,
quam ad quæq; honestatis officia assuetatā, honestos amores sibi conci-
liaret. Adeoq; cum annū etatis decimum nonū impletisset, Vir pruden-
tissimus DN. JOHANNES Bolten/ Senator hujus urbis clarus,
cum honestè ambivit, quocum, præviā naturā suorum deliberatione 12 d.
Maij Anno 1629: matrimonium, Deo jubente, consummatum. Fuit
autem matrimonium illud per duodecim annos suis numeris beatum,,
siquidem

sequidem benedictionem divinam, tum in re familiaris, tum in felici libe-
rorum septenario numero, abunde experti sunt conjuges. Ex quibus
quinque, in verso mortalitatis ordine, non sine maximop. d. dolore & lu-
etu, ex vita hac decesserunt, & ad superiores iverunt. Duæ autem filia &
quidem natu maxima, suavissima Matris funus calidismiss prosequun-
tur lacrimis, & summo mœrore. Quando autem, prout inconstans
rerum creatarum status, & perpetua vicissitudo est, i. d. Febr. Anno
1641. dulcissimo suo orbata est marito, per integrum septennium, ad ex-
emplum honestissima vidua, viduam egit vitam, adeoque id cura pre-
primis habuit, uti liberos ex suavissimo illo matrimonio susceptos,
quorum quatuor illo tempore erant superstites, ad veram pietatem edu-
caret, & ad omne virtutis studium fingeret. Constituerat autem vi-
tam viduam mente casta continuare, nec ab illa se dimoveri passa fu-
isset intentione, nisi intellectisset, se solam educationi liberorum, eco-
nomicis molestiis, & vite laboribus sustinendis, non sufficere. Proinde
Deo sic, pro inscrutabili suâ providentia, disponente, fidem secundi ma-
trimonii Nobilissimo DN. Viduo dedit, & festivitatem nuptialem die
XV. Febr. Anno 1648. celebravit. Nec fuit hoc matrimonium, impro-
le licet, sua destitutum felicitate, tam conjunctissimè enim per viginti
penè annos vixerunt suavissimi hi conjuges, ut idem nolle & idem
velle, conspirantibus scilicet animis, magis magisque amorem conjugia-
lem indies augeret: eo durior proinde viduo mestissimo hic est: casus, quo
moge concors fuit hoc vicennale matrimonii. Siquidem pie defuncta,
qua ad nutum mariti semper paratissima fuit, tanquam altera Sarai, Ra-
bel, & Abigail, pietatem coluit, & curam rei familiaris summa cum
diligentia sustinuit, adeoque bona & inculpata matris familias vitulum
omnes apud obtinuit, & ad extremum vita halitum tutata est. Quod
ad liberos prioris matrimonii attinet, qui fuerunt ANNA, MAR-
GARETHA, ENGEL, CATHARINA, ELISABETH, JOHANN,
& BERNHARDUS HEINRICUS, illorum prima ANNA fæmina
decoratissima Anno 1647. sponsata, & eodem anno in matrimoni-
um elocata est. Civi hujus urbis & cellæ vinariae conductori honorato.
Günzel von Eyzzen/ qua tribus nepotibus JOHANNE, GUNTZE-
LIO, & THEODORO optimam beatu matrem, ex quibus natu-

minor, in felici casu, ex hac vita migravit. Natu^m maiores autem
inter peregrinos, ut olim cives boni evadant, degunt, nec sine lacru-
mis solertiſſime adiae obitum experientur. Postquam autem hac ANNA,
evoante Deo, suo privata est marito, cum viro Reverendo & Cla-
rissimo DN. MICHAELA LAURENTII Ecclesiaste Jacobaeo in-
dustrio die 18. Febr. Anno 1663. secundas inivit nuptias, que bactenus
benedicente Deo feliciter succederunt, & una nepte ANNAMAR-
GARETHA oviæ exhibilarunt. Altera filia MARGARETHA fæmi-
na prænobilis & omni virtutum fæminearum laude clarissima, Viro
Nobilissimo & Consultissimo DN. GEORGIO Hegewald li. J.
D. celeberrimo & Stargardensium Syndico meritissimo, amico
nostro singulariter colendo & dilecto Anno 1653. matrimoniali fa-
dere juncta, buc dum per Dei gratiam dixit, & jucundo gaudet mari-
monio, quod Deus octo liberis secundum fecit, quorum primus mortu-
us in hanc vitam expositus est, reliqui uti JOHANN SALOMON,
JOHANN GEORG, DANIEL FRIEDRICH, CHRISTIANUS,
HENRICUS, ANNA MARGARETHA, & JUSTINA CHRI-
STINA, maximam partem in ipsa infancia vita functi sunt, tres ta-
men CHRISTIANUS, & due filie, quibus Deus vitam & prospera-
queq; largiri velit, non sine magno parentum gaudio buc dum super-
stant. Filia Tertia p.d. ENGEL, & quinta ELISABETH, nec non filius
JOHANNES, in primis annis vitam cum morte commutarunt. CA-
THARINA autem fæmina dum viveret elegantiſſima Anno 1653.
mense April. primum viro Spectatissimo BARTHOLOMÆO JU-
STIN civi & mercatori hujus urbis laudatissimo, matrimonio sociata
est, quod improle per 34 duntaxat septimanas duravit, marito autem
illo, quocum alias incundiſſime vixit, in ipso matrimonii intio extin-
cto, vidua ad annum usq; 1658. mansit, donec viro Spectatissimo JA-
COBO Friesen civi & mercatori industrio secundum nuberet.
Nec fuit illud matrimonium, quamvis alias satis felix, usq; adeo longum,
quin illa secundo anno, relictæ filiola ANNA CHRISTINA, que
tamen brevi post matrem secuta est, ad superiores migraret. Filius
natu minimus BERNHARDUS HEINRICUS & Matris & Patris
nunc vidui, una cum reliquis superstitibus liberis, curam & affectum


singu-

singularem impensisimè expertus est, nec minus quod suarum fuit partium feliciter expedivit, adeoq; ad rectum ductus, eousq; mores inculpatos & studia egregia excoluit, ut dignus judicaretur qui ad Academiam Lipsiensem ablegaretur, ubi etiam incepta studia animosè continuavit: sed, Deo sic volente, acutâ febri correptus mortalia hac, in ipso etatis flore, reliquit. Ita pie defuncta septem liberorum fuit mater & tredecim nepotum avia. Vitam ejus ex merito examinare, virtutesq; ejus & pietatem dignis laudibus extollere si velimus, neutiquam intra programmatis censuram continerentur, nec hi quaterniones sufficerent: si enim probitas, pietas, modestia, casti & inculpati ejus mores, morti sese opponere potuissent, neutiquam pie defuncta ejus personasset spicula, sed in columnis adbuc superesset, erat enim vivum pietatis exemplum, que Deum verâ fide & sincero pectore colebat, proximo, & præprimis ejus opem indigenti, promissimè succurrebat, familiæ sua tanquam laudatissima mater-familias præfulgebat, dies sacros cultus divino, profanos autem, post fusas preces, laboribus mancipavit, in lectio[n]e sacrorum bibliorum non tantum seip[s]am delectavit, sed & suos domesticos, ut pietati præprimis studerent, semper & sedulò adhortata est; Marii sui optumi, nunc vidui mœstissimi, amorem infucatum sollicitè servavit, ad ejusq; nutum omnia paratisimè disposita: Infornnia, & miserorum casus, quibus D[omi]n[u]s sui amantes sepius affligere solet, praesentis animo sustinuit, seq; ex verbo Dei omnium optime solari, non vit, fortunam autem comiter habuit, & honores, quibus Deus eam, luculentissime beavit, singulari cum modestiâ amplexa est. Ceterum uti matrona hac pientissima varia vita humana inter gangia & tristiam, prout divina id placuit clementia, experta est vicissitudines, omnemq; fortuna casum a quo animo sustinuit, ita ante decem septimanas morbus aliquis periculosus, qui ex scorbuto originem sumpsit, laudatissimam hanc fæminam lecto affixit: Qui morbus cum valetudini ejus, & ipsius adeo vita hostie insensissimus videretur, omnem adhibuit: Nobilissimus maritus curam, ut hic morbus mature expelleretur, adeoq; vir Excellentissimus & Experientissimus DN. JOHANNES JACOBUS DOBELIUS Med. D. Prof. Publ. & urbis hujus Physicus, Collega & amicus noster colendus, ut hostem hunc

bunc expugnaret. Maturè advocatus est, qui omnem etiam curam ope-
rante impendit, uti pristine restitueretur sanitati clarissima hæc ma-
trona. Verum enim vero morbi supereminens vis reliquam vita spem
in dubium vocavit, proinde cum in humanis nibil vel consilio vel præsidio
ampius supereesse videret, se totam ad Creatorem suum, relictis rebus
& sollicitudinibus humanis, convertit; adeo, corporis & virium
imbecillitas nullatenus animi fortitudinem minuit, quin potius se ad
divinam componebat voluntatem. Ideoq; 19. die april. cum vita ter-
minum adpropinquantem sentiret, Virum Pl. Rev: & Ampliss: DN.
ENOCHIUM SUANTENIUM SS. Theol. D. & Ecclesiae Jacobæ
Archidiaconum fidelissimum confessionarium suum ad se vocari
jussit, qui serio pænitenti peccatorum remissionem annunciat, &
porrecto viatico SS. Corporis & sanguinis Jesu Christi, eam Deo, inter
fideles preces & solatia, commendavit. Cum autem de die in diem morbi
vis, quæ medelam omnem respuebat, ingraueceret, die primo Maii
placide & pie, uti vixit, obdormivit. Subvolavit anima ejus ex corpo-
ris bujus ergastulo in cœlum, & rediit ad eum, à quo data & cui piissi-
mis precibus à teneris commendata fuit. Tu itaq; Nobilissime vidue,
& vos liberi nepotesq; mestissimi, lugete quidem, sed simul modum
in luctu ponite. Hæc tua conjunx, & hæc vestra mater, que perpetua
laudis memoriam meretur, non est mortua, sed per mortem vitæ data.
Hominis enim vita non hæc est, sed ad vitam quæ aeterna est via. Cur
impatienter, inquit Cyprianus, fers subductam, quam credis re-
versuram: profectio est, quam putas mortem esse. Ferendum est
æquo animo quod mutare non possumus, & Deo parendum, qui suo ar-
bitrio omnia in sui nominis gloriam & nostram moderatur salutem.

Huic itaque tam piæ Matronæ, quæ nulli unquam huma-
nitatis officium denegavit, cum hodierno die justa sint solven-
da, officii nostri ratio abs nobis postulat, uti Nobilissimo Vi-
duo, tum cognationi & affinitati clarissimæ condolentiam con-
testemur nostram. Ite ergo exequias, ite, quæso, omnium or-
dinum viri celebres, & quantum pietati & virtuti debea-
tis honorata præsentia testamini. P. Rost, sub Si-
gill. Rect. 10. Maij Anno 1667.

singularem impensisimè expertus est, nō
 tium feliciter expedivit, adeoq; adrect
 patos & studia egregia excoluit, ut dig
 miam Lipsiensem ablegaretur, ubi eti
 ctiuavit: sed, Deo sic volente, acutā feb
 ipso etatis flore, reliquit. Ita pie defunct
 & tredecim nepotum avia. Vitam ejus
 testq; ejus & pietatem dignis laudibus e.
 intra programmati censuram contine
 sicerent: si enim probitas, pietas, modestia
 morti se se opponere potuissent, neutiq;
 sisset spicula, sed in columnis adhuc superer
 exemplum, quæ Deum verâ fide & sincer
 preprimis ejus opem indulgenti, promiti
 tanquam laudatissima mater-familias
 divino, profanos autem, post fusas prece
 lectione sacrorum bibliorum non tantum
 domesticos, ut pietati preprimis studerent
 est; Mariti sui optumi, nunc vidui mæsti
 licite servavit, ad ejusq; nutum omnia
 nia, & miseros casus, quibus Deo sui ama
 senti animo sustinuit, seq; ex verbo Di
 vit, fortunam autem comiter habuit; E
 luclestissime beavit, singulari cum m
 rum uti matrona hec pientissima var
 dia & tristitiam, prout divina id placuit
 studines, omnemq; fortuna casum aquo
 cem septimanas morbus aliquis periculo
 sumsit, laudatissimam hanc fæminam le
 valetudini ejus, & ipsius adeo vita hosti
 nnem adhibuit. Nobilissimus maritus cu
 expelleretur, adeoq; vir Excellentissimu
 JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS
 bis hujus Physicus, Collega & amicus



d suarum fuit par
 ousq; mores incul
 tur qui ad Academ
 ia animosè con
 mortalia bæc, in
 erorum fuit mater
 examinare, virtu
 imus, neutquam
 quaterniones suf
 ulpati ejus mores,
 iucta ejus person
 im vivum pietatis
 ebat, proximo, &
 ebat, familie sua
 dies sacros cultui
 mancipavit, in
 clavit, sed & suos
 sedulò adhortata
 n infucatum sol
 is posuit: Infortu
 niger sole, pra
 ptimum solari no
 nibus Deus em
 exa est. Cate
 ana inter gan
 xperta est vicis
 uit, ita ante de
 orbito originem
 Qui morbus cum
 us videretur, o
 morbus mature
 ntissimus DN.
 of. Publ. & ur
 ndus, ut hostem
 hunc

D 32

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Son Reference Chart T263 Serial No.

100